Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26062
Copyright: Admont, Benediktinerstift

trahente postquam innotuit paridi Polidamas et enee de morte Troili in
termoritur Paris et ansione factus est semiuiuus. Troiani tamen in recu
peratione corporis Troili multum adhibuere laborem. Sed illud retinere minime
potuerunt propter Grecorum multitudinem qui pro eius recuperatione nimium restiterunt.
Rex autem Menon de morte Troili multum dolore commotus Achillem acrius
inuadit primo opprobriosis uerbis dicens eidem o iniqui proditor unde
te tanta potuit exacerbare crudelitas tam nobilissimi Regis filium equi
tui ligatum ad caudam et tamquam uilissimum ptm trahere nullatenus omisisses.
Sane illud admisso non sine tue persone dampno potius amplius amouere. Et
statim in eum irruens in cursu celeri equi sui sic ipsum in sancto ictu lancee grauiter
in pectore uulnerauit quod Achilles uix se potuit sustinere et statim ex
tracto ense Achillem super cassidem quam gerebat in capite ictibus duris im
pugnat adeo quod Achilles grauiter uulneratus ab equo corruit semimortuus in
terram propter quod Troiani corpus Troili recuperauerunt sed non sine maximi belli la
bore. Mirmidones uero Achillem in terra releuant et ipsum in equum suum ascen
dere faciunt. Qui non post magnam horam resumptis uiribus bellum ingreditur et
Regem Menonem aggreditur furiose. Rex tamen Menon ipsum excepit et graue
prelium committit inter eos. Sed Rex Menon durius et magis grauabat achillem
Et superueniente multitudine acierum hinc inde pugnantium ambo inuicem separan
tur. Et urgente die ad solis occasum a prelio fuit cessatum. Septem ergo diebus con
tinuis feruidum bellum Troiani et Greci fouerunt cum Achilles ex suis uulneribus
confortatur et ad regis Menonis uindictam anhelans. Die septimum bellum intrat et
Mirmidones suos alloquens firmiter mandat illis quod Regem Menonem in eorum medio
circumcludant et inclusum detineant donec ad eos Achilles ipse perueniat. Vindic
tam deo finaliter recepturus. Bellum itaque graue committitur multi deficiunt inter quos
Achilles et Rex Menon mutuo se inuadunt ab equis se sternunt et ambo pe
des uiriliter preliantur cum Mirmidones in Regem Menonem irruunt et
ipsum ex omni parte circumdant ipsum omnium suorum auxilio capiunt destitutum. cum
nullus sit qui si contra Mirmidones succurrat eidem. Quem ut uidit Achil
les sic a suis Mirmidonibus interceptum in eum irruit et in numerabilibus uul
neribus eum perimit. Verum Achilles sine grauium suo periculo hoc non potuit commi
sisse. Cum rex Menon ipsum pluries pluribus grauibus uulneribus afflixisset per que
sanguis in nimia quantitate eius ducauabatur ad talos propter quod de morte eius sperabatur
tum potius quam de uita. Attende miser homere quod numquam Achilles uirum strenuum
nisi proditorie interfecit. Vnde merito dignus est laude si priuatio est laudis titulis ex
tollenda. Interim ergo feruente bello. Menelaus. Menestheus. Diomedes. Thela
monius et Aiax cum aciebus eorum. Troianorum impetum facientes ipsos acriter repel
lunt. Sed quod subito fuge dati ad Ciuitatem accellerunt. Et in introitu dicte

la. de morte regis memnonis troianorum defensoris.